



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 7. Quiddam quod occultè significauer at Homerus, non minori artificio
à Virgilio significatum esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Alterâ regula est: *observasse M. Varronem in versibus metro, quod omni modo quintus semipes verbum finit.* Sed hoc quoque quàm sit ἀρχαῖον, tamen et in ipsis versibus quos supra posui, cognosci potest: addamus tamen alios. Et primùm quidem occurrit primus versus Odyssæ:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μῦθα πολύτροπον.

Et secundus Iliados:

Οὐλομένω, ἢ μὲν ἀχαιοῖς ἀλγέ' ἔθηκεν.

Quid in illis Virgilianis: *Nil nostri miserere: & Cæci veni posuere: & Insit. eo dicente:* ac similibus, non quintus semipes verbum finit? Sed si plura testimonia in re perspicua congeram, ipse mihi videbitur culus fore.

Quiddam quod occultè significauerat Homerus, non minori artificio à Virgilio significatum esse.

CAPVT VII.

VT inferos esse, ubi à sceleratis hominibus poena post mortem exigantur, nemini vnquam non dubium fuit, ita excubantem pro inferorum faucibus Cerberum; & Acheruntis transuectionem, & causâ diuisionem ad Minois tribunal, & pertusis oculis aquam haurientes puellas, & Ixionis sibi afflictae imminentem fugam, & metuentem ne aut sibi, aut impendentis saxi casu denuò moriarur; Tantulum, & totam denique illam in Plutonis domo tragicæ, quicumque ex veteribus paulò cordatiores erant, & somniorum, aut anilium fabellarum loco semper habuerunt. Itaque & Cicero primo libro Tusculanarum ea irridere, ac pictorum, & poëtarum portenta vocare non veretur, quæ conuincere nihil negotij sit: aliorum quamlibet multa testimonia colligi possunt, ex quibus

ex quibus constet eandem illorum quoque his de rebus fuisse sententiam. Sed & antiquissimus poetarum Homerus tecta quadam urbanitate significavit, quæcumque ipse de inferis cecinisset, talia esse, qualia interitum mulierculis & puerulis ad focum sedentibus aut fallendi aut conciliandi somni gratia narrari solent. Facit enim Vlixem moneri à matre, ut quamprimum superos repetat, quæq; apud inferos vidit, mente condita teneat, ut habeat quod uxori narrare possit.

Ἄλλα φάσθε τάχιστα λιλαίεο. ταῦτα δὲ πάντα

ἴδ', ἵνα ἴ, μετόπισθε τῆς εἴτηδος γυναικί.

ut tantum non apertè dicere videatur,

Πᾶρ πνέει χεῖρ' ἰταῦτα λέγειν χειμῶν ἐν ὄρη.

Summus autem Homericarum virtutum imitator Virgilius aliam rationem commentus est, qua idem obscurè ac symbolicè indicaret. Nam cum duas, ex Homero hoc quoque, Somni portas fecisset, Corneam vnam, qua vera; Eburnam alteram, qua falsa somnia mitterentur: *Ærean*, spectatis illis inferorum portentis, porta eburna egredientem facit, ut fatigatis lectoribus suspicandum relinqueret, talem esse totam illam *παραλογίαν*, qualia somnia ex inferis eadem illa porta exire dixisset.

Veterum comicorum loci duo inter se collati.

CAPVT VIII.

FACETE expressit Plautus in *Menæchmis* Pencilii parasiti edacitatem, qui cum *Cylindrum* coquum, iussum tribus parare prandium, interrogantem fecisset, qui nam illi tres futuri essent, respondissetque meretrix, se, & *Menæchmum*, & parasitum eius, ita statim ratiocinantem inducit coquum:

iam isti sunt decem:

T 3

Nam

Meretrix
Lectio
LIII
28